



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sponsvs Sangvinvm**

**Zachmoorter, Michiel**

**T'Antwerpen, [1641]**

Copije vande opene Brieven uytgegeven by den D. Eerweerdighsten Heere Iacobvs Boonen, Bisschop van Gent, nopende't instellen vanden Ommeganck ende Bevaert vande Passie Christi in de Parochie van S. ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35954**

Copije vande opene Brieven uytge-  
geven by den D. Eerweerdighsten  
Heere I A C O B V S B O O N E N,  
Bisschop van Gent, nopende't in-  
stellen vanden Ommeganck ende  
Bevaert vande Passie Christi in de  
Parochie van S. Marten t'Ecker-  
gem in Gendt.

**I**A C O B V S B O O N E N Dei &  
Apostolicae sedis gratia Episcopus  
Gandavensis Universis Christi fide-  
libus praesentes litteras inspecturis sa-  
lutem in Domino sempiternam. Nihil  
ad homines a vitijs avertendos & ad  
virtutem ac pietatem impellendos est  
accomodatius sacra Dominicae passio-  
nis memoria tantopere nobis commen-  
data, ut ad eam fortius Christiano-  
rum animis imprimendam, & jugiter  
conservandam, illius velut memorial  
perpetuum Salvator ipse instituerit,  
ac Ecclesiae suae reliquerit sui Corpo-  
ris & Sanguinis sanctissimum sacri-  
ficium & Sacramentum Hanc nos tam  
utilem

utilem, tamq̄ salutarem memoriam  
 renovare, & omnium mentibus altius  
 infigere cupientes: dum non omnibus  
 conceditur invisere loca Salvatoris  
 nostri vestigijs notata ejusq̄ sanguine  
 rubricata & perfusa, piam supplica-  
 tionem seu peregrinationem in hono-  
 rem ac memoriam dictae passionis Do-  
 minicae in Parochia S. Martini, de  
 Eckergem, hujus civitatis & diocesis  
 Gandavensis, quovis anni tempore  
 obeundā, Deo adjuvāte, instituimus,  
 incipiendam à sacello ejusdem Paro-  
 chiae dicto Sancti<sup>mi</sup> Cruoris Christi,  
 quod Dominū nostrum refert in horto  
 orantem, ac sanguinem pro salute no-  
 stra sudantem, & inde procedentem  
 per certum ambitum seu circuitum,  
 in quo secundum diversas distantias &  
 intervalla, ad mensuram ex locis terra  
 sanctae desumptam quam proximè  
 fieri potuit accedētia, varia ejusdem  
 Passionis Domini mysteria iconibus  
 & imaginibus representantur, donec  
 perveniatur ad dictam Parochialem Ec-

clesiam in qua est memoria ac vene-  
 ratio Dominica sepultura: ut ubi he-  
 retica rabies precedētibus turbis fun-  
 ditus eversa Ecclesia illa Parochiali,  
 salutarem Crucis ac Passionis Christi  
 recordationem, ejusq; memorativum  
 sacrificiū abolere conata est, ibi er-  
 ecta Crucis vexillo, varijsq; mysteriis e-  
 jusdē Passionis ante oculos positis, cō-  
 fundantur inimici Crucis Christi, ac  
 fideles ad piē recolēdas acerbitates &  
 dolores, quos in suo corpore pro nobis  
 sustinuit, nec non ad ejus sectāda ve-  
 stigia, & ad verā animi compunctio-  
 nem, omnemq; virtutem excitentur.  
 Hanc nos sacram supplicationē mag-  
 no Cleri ac populi comitatu hodie,  
 quæ est Dominica post Octavam Festi-  
 Coporis Christi proxima obivimus,  
 eamq; Dominicam cum alijs octo die-  
 bus sequentibus deinceps quotānis ibi-  
 dem solemnem esse decrevimus ac fe-  
 riam sextā in parasceve, ipsam, sicut  
 & præfatam Dominicā solemnē (ser-  
 vatis tamen tempori convenientibus)

proceſſione celebrandam. Vt verò fi-  
delis populus ad dictã ſacram ſuppli-  
cationẽ ſeu peregrinationem devotè  
conficiendam, & myſteria Paſſionis  
Chriſti cum fructu recolenda, magis  
magiſq; excitetur: Omnibus & ſingu-  
lis illam obeuntibus, vel aliquam di-  
ctarum representationum veneranti-  
bus, quacumq; die id fecerint, ac pro  
Sanctæ matris Eccleſiæ exaltatione,  
heresum extirpatione & Chriſtiano-  
rum Principum concordia oraverint,  
quadrageſima dies indulgentiarum ad  
ſingulas dictarum representationum  
ſeu ſtationum, ubi ſupradicta devotè  
fecerint, in forma Eccleſiæ conceſſimus  
& concedimus per præſentes. In quo-  
rum fidem hiſce litteris ſubſcripſimus,  
& ſigillum noſtrum appendi curavi-  
mus, die ſupradicta vigesima Iunii,  
Anno à Chriſto nato Milleſimo ſex-  
centefimo vigesimo primo.

IACOBVS BOONEN  
Episcopus Gandensis.

De